Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

# Auto. morales de vita et mori.

Principium in rebus ē erigere animum super iniurias et promissa fortitudine leto animo aduersa posse tolerare
Sapor pabuli manet in lacte. vis vini in aceto. quia nulla res ē q̄ non sapiat naturam eius ex qua nascitur.

¶ Autorita. Senece de vita ⁊ moribus.

Omnis peccati actio voluntaria est.
Disciplina bonos mores facit
Id sapit vnusquisq̄z qd̄ didicit Dolor patientia vincitur
Bona consuetudo excutere debet qd̄ mala instruxit
Bene decet loqui bn̄ decet tacere Libentius audias q̄z loq̄ris
Quod animaliū est magis mitium homini q̄z alter homo
Qd̄ tacitū esse velis. nemini dixeris. Mōstro ē auaricia silis
Quid dulcius ē q̄z habere amicū cū q̄ omia sicut tecū loq̄ audeas.
Priusq̄z promittis deliberа. sed cū pmiseris statim facias
Nil petas quod negaturus fuisti
Pacem habeas cum amicis. bellum cum vitijs
Bonū est laudari sz prestantius ē esse laudabilem
Que sunt magne diuitie desiderare non debes.
Que est magna egestas. auaricia.
Quis est pauper. qui sibi videtur esse pauper
Spes premij. solatium est laboris.
Pecuniam habere oportet sed ei seruire non oportet
Diuitijs vtendum ē sed non est eis abutendum
Magis ⁊ minus non diuersificant speciem
Fortior ē qui cupiditatem vincit q̄z qui honestatem vincit
Ubi est confessio ibi est remissio.
Quietissimam vitam homines haberēt in terris. si hec duo pronomina. scz meum ⁊ tuum tolerentur.
Mihi crede non potest quis esse diues ⁊ felix.
Auribus vtaris frequentius q̄z lingua.
Quicq̄d dicturus es anteq̄z alijs dicas tibi dicas
Qui nescit tacere nescit loq̄ Peiora sunt odia tecta q̄z apta
Nullum scelus scelere vincēdum est.

¶ De. iiij. virtutib̄ car. alias de forma ad paulū

Edubijs non definies. sz suspēsaz teneas sententiam
Mendacium specie veritatis occultatur.
Prudens fallere non vult. falli autem non potest.
Cuiuslibet facti cām inq̄re Cogitatio tua nunq̄z recedat
Lauda parce. vitupera parcius. similiter em̄ reprehensi (a vero
bilis est nimia laudatio ⁊ īmoderata vituperatio. illa quidem adulatione ista autem malignitate suspecta est